Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

quibus ædificandæ domorum cura est, cognos-
cant Christum omnium dominum locum ubi caput reclina-
ret non habuisse. Chrysostomus. Cum autem ignorarent
ad quem mittebantur, signum dedit eis, sicut
et Samuel Sauli. Unde sequitur: Et dixit ad eos:
Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret
vobis homo amphoram aquæ portans; sequimini eum
in domum in quam intrat. Ambrosius. Primum ma-
iestatem divinitatis advertite. Cum discipulis loquitur,
et iam novit quid alibi sit futurum. Deinde
dignationem eius intuere, quia non praedivitis
aut potentis eligitur, sed pauperis ambitur,
et angustum hospitium pauperis amplius
nobilium aedibus aufertur. Sciebat autem Dominus
nomen eius cuius sciebat ministerium et occursum.
Sed ideo suum nomine designatur, ut ignobilis
estimetur. Theophilus. Vel ideo mittit eos
ad hominem ignotum, ut ostendat quod passionem
voluntarie subiit. Qui enim mentem hominis igno-
ti inclinavit ut eos susciperet, poterat quod-
cumque cum Iudaeis voluisset efficere. Dicunt autem
quidam quod ideo non dixit nomen hominis, ne proditor
cognito nomine domum panderet Pharisaeis,
qui venientes cepissent eum prius quam cae-
na fieret et spiritualia mysteria discipulis tra-
deret. Sed quibusdam indiciis in quandam do-
mum dirigit eos. Unde sequitur: Et dicetis
patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Ubi est diversorium
ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis
ostendet cenaculum magnum stratum, et ibi parate.
Glossa. Quibus signis inventis discipuli solli-
cite quae mandata eis fuerant impleverunt.
Unde sequitur: Euntes autem invenerunt sicut dixit illis, et
paraverunt pascha. Beda. Hoc pascha
exponens Apostolus ait: Pascha nostrum immola-
tus est Christus. Qui quamvis pascha tunc vere erat
occidi, quod primo consilio ac dispositione sanctum.
Quamvis die sequenti, hoc est quinta decima luna, sit cru-
cifixus, hac tamen nocte qua agnus immolabatur a Iu-
daeis tentus ac ligatus immolationis, hoc est
passionis suae sacravit exordium. Theophilus.
Intelligamus autem diem azymorum totam
conversationem quae est in luce spirituali nullam redo-
lentem vetustatem pristinae praevaricationis Adae;

in qua viventes non decet delectari in terrenis
cibis. Haec autem mysteria Petrus et Iohannes parant,
idest actus et contemplatio, sive zelus et mansu-
etudo pacifica. His autem parantibus occur-
rit homo, quia per peccata regimen statum hominis qui
creatus est ad imaginem Dei. Qui portat
amphoram aquae, quae significat gratiam spiritus sancti. Am-
phora autem est humilitas cordis. Humilibus
enim Deus dat gratiam, qui se cognoscunt esse
terram et pulverem. Ambrosius. Vel amphora
est mensura perfectionis. Aqua autem est quae sacramentum Christi
esse meruit, quae lavaret, non quae lavari. Beda.
Parant autem pascha ubi aqua infertur am-
phora, quia tempus adest quo veri paschae
celebratoribus, [illegible] de limine auferatur
cruor, et ad tollenda crimina mystici
fontis baptisma consecratur. Origenes. Ego autem super Matthaeum.
puto quod homo qui ingredientibus discipulis in
civitatem occurrit amphoram aquae portans,
erat quidam minister patrisfamilias portans
vel lavatoriam aut potabilem aquam in va-
se fictili. Quem puto esse Moysen, scilicet
spiritualem doctrinam portantem in cor-
poralibus historiis. Qui autem non consequuntur
spiritualem eum, non celebrant pascha cum
Iesu. Attendamus ergo ipso Domino nobiscum
constituto ad superiorem locum in quo est diver-
sorium quod demonstratur ab intellectu qui est
in unoquoque homine paterfamilias discipulis Christi.
Haec autem domus superior sit nobis magna, ut
capiat Iesum verbum Dei, quod non capitur nisi a in
magnis sensu. Et sic domus sit a patre-
familias, idest intellectu, praeparata filio Dei, et sit
mundata nullo modo huius malitiae sordes. Sic
et domus illius princeps non est quilibet, cuius cogni-
tum huius nomen. Unde mystice dicit secundum
Matthaeum: Ite ad quendam. Ambrosius. In supe-
rioribus autem magnum habet stratum, ut mag-
num nutrimentum eius adventus in quo Deus cum disci-
pulis sublimium virtutum, [illegible] eius
delectatione requiescet. Origenes. Cave- super Matthaeum.
re autem debemus quamvis qui in epulationibus et sol-
licitudinibus saecularibus sunt non ascendunt
in domum illam superiorem, et propterea non